



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 5. Gambaræ Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. nuntiabatur: postea vero currente hoc
A.C. 1587. anno Mense Januario Viennæ obiit, cu-
jus corpus inde translatum Jaurini in
Ecclesia Cathedrali sepultum est. Hic
Cardinalis ingenti Religionis Catholice
studio flagrabat, suaque eloquentia Ru-
dolphum Cæsarem eo inducebat, ut
Seminarium erigeret, quo Hungari
adolescentes Clerici pie educati ad op-
pugnandos hæreticorum errores aptio-
res fierent: insuper Hosium Warmien-
sem Episcopum suis rationibus permo-
verat, ut Cardinalitiam dignitatem ipsi
a Pio IV. oblatam acceptaret.

§. V.

Gamaræ Cardinalis mors.

Ciac. p. 939. Alter erat Joannes Franciscus Gam-
tom. 3. bara, natione Italus, Brunorii Vi-
Aubery hist. volæ, & Praelboni Comitis, ac Vir-
des Card. Ughel Ital. giniæ Pallavicinæ, nobilissimæ fœmi-
Sacra. næ filius, necnon Nepos Huberti Gam-
baræ Cardinalis, qui anno Christi mil-
lesimo quingentesimo quadragesimo no-
no cessit. Ceterum Joannes Fran-
ciscus natus erat Brixiae die decima
septima Januarii Anno Salutis millesimo
quingentesimo trigesimo tertio, atque
a Patruo suo in Cremonensi Diaecesi
sancti Laurentii Abbatiam Ordinis S.Ben-
edicti sibi commendatam obtinuit, ac
Patavii, Perusiaeque legum studiis in-
cum

cumbens, juris utriusque Doctor, re- Sæcul. XVI.
rum gerendarum experientia præstan- A. C. 1587.
tissimus, atque in dicendo eloquentissi-
mus evasit: porro Patruo Cardinale vita
functo ex imperiali aula, quo se con-
tulerat, ut Carolum V. Imperatorem
debitæ submissionis caussa inviceret, Ro-
mam concessit, ibique inter familiares
Julii Papæ III. adscriptus, ipsius
Cubicularius declaratus est: dein Præ-
positura Virolæ insignitus, ac Apo-
stolicæ Cameræ Clericus, Præsidens a
Pio IV., & nondum elapso anno Diacon-
nus primum, mox vero Presbyter Cardi-
nalis Mense Februario Anno Incarna-
tionis Dominicæ millesimo quingentesi-
mo sexagesimo primo renuntiabatur:
Mense autem Augusto circa annum Do-
mini millesimum quingentelimum sexa-
gesimum quintum undecimo Calendas
Septembbris Camerini de Latere Lega-
tus ab eodem Pio declaratur, legatio-
nen tamen illam ob Pontificis mortem
non obivit: dein a Pio V. Successore ad
secreta consilia in arduis Pontificatus
curis maxime ad Religionem spectan-
tibus admissus nonnisi fidei Orthodoxæ
incrementum respiciebat, ac pro ea
tuenda, atque amplianda nullos labo-
res diu, noctuque subtersugerat. Mor-
tuо demum Gualterio Episcopo Viter-
biensi, eidem Ecclesiæ Joannes Fran-
ciscus

Sæcul. XVI. ciscus in demortui locum anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto sufficitur, ubi avitam Ecclesiasticam disciplinam revocavit in Ecclesia Cathedrali, atque alia ea in urbe, sumptibus magna ex parte propriis, instauravit, Canonicorumque reditus annuos auxit: insuper Archidiaconatus dignitatem cum quatuor Canonicis Diaconis, qui Episcopo inservirent, instituit, tandem vero Romæ obiit feria tertia die quinta Maji hoc anno post Christum natum millesimo quingentesimo octogesimo septimo, ætatis suæ quinquagesimo quarto, cuius corpus in templo Divæ Mariæ de populo depositum, postea autem ad Fratrum Prædicatorum ædes extra mœnia Viterbiensis Urbis positas deportatum fuit, ubi terræ mandabatur.

§. VI.

Guastavillani Cardinalis fatum.

Ciac. p. 46.
t. 4. Ego Aub.
l. c. Cicca-
rell. in
Sixt. V.

Tertius erat Philippus Guastavillanus, seu Vastavillanus Bononiensis, Angeli Michaelis Vastavillani, & Jacobæ Boncompagnæ, quæ erat Soror Gregorii XIII., Filius, anno salutis quadragesimo supra millesimum quingentesimum pridie Calendas Octobris natus, eumque Pius V. inter quadraginta regiminis Bononiensis viros cooptaverat; postea